Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



potest utquamuis temptans accesserit dni tamen
responsione correctus sit. Aut certe ipsam tempta
tionem non accipiamus malam tamquam decipere
uolentis inimicum sed cautam potius tamquam exper
iri amplius uolentis ignotum Nec enim frustra
scribtum e quis facile credit leuiscor de minoribus.
Lucas autem non hoc ordine sed longe alibi alia quid
interponit Utrum autem hoc recordatur an alius
illesit, Cumque similiter de duobus istis praeceptis
dns erigit prorsus incestu e hinc autem et iam reste
uidatur alius ee non solum propter ordinis multa
differentiam sed quia et iam ipse dicitur respondisse
dnm interroganti. et in sua responsione commemo
rasse duo ista praecepta. Et cum ei dixisset dns hoc fac
et uiues. ut illud facere quod magnum ee in lege ipse
responderat, sequitur euangelista ait, Ille autem
uolens se iustificare dixit, Et quis e mihi proximus,
Tunc dns narrauit de illo qui descendebat a hierusalem
in hiericho et incidit in latrones, Unde et quia et temp
tans praedictus e et duo praecepta ipse respondit
Et post admonitione dni dicentes, Hoc fac et uiues
non bonus commendatur Cum dicitur de eo Ille autem
uolens se iustificare. Ista autem quem pari ordine
matheus marcus commemorant. Tam bene com
mendatus e ut ei dicerit dns Non longe es a regno di.
probabilius creditur hunc alium ee non illum,
Sequitur matheus, Congregatis autem pharisei
interrogauit eos ihs dicens, Quid uidetur de xpo
cuius filius e dicunt ei dauid ait illis. Quomodo
ergo dauid in spu uocat eum dnm dicens. Dixit dns dno
meo sede ad dextris meis donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum, si ergo dauid uocat eum